Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

oö landes bibliothek

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

metuere dico vobis quia ille que queritis mortuum
iam vivit et vita hominum cum eo surrexit V. Recor
damini quomodo predixit quia oportet filium hominis cru
cifigi et tercia die a morte suscitari alleluia V. Di
cite in nacionibus alleluia Quia regnavit deus a ligno
alleluia Collecta Deus qui pro salute mundi
sacrificium pascale fecisti propiciare supplica
tionibus nostris ut interpellans pro nobis pontifex
summus nos per id quod nostri est similis reconciliet
per id quod tibi est equalis absoluat Ihesus xps
dominus noster Qui tecum De sancta Cruce Collecta
Deus qui populum tuum de hostis callidi ser
vitute liberasti preces eius misericorditer re
spice et adversantes ei in tua virtute proster
ne Per Alia Coll' Omnipotens sempiterne deus qui
populum tuum unigeniti filii tui sanguine rede
misti solue opera dyaboli rumpe vincula
peccati ut qui eterna vita in confessione
tui nominis sunt adepti nihil debeant mortis
auctori Per eundem Alia Collecta Solita
quesumus domine quos saluasti pietate custodi ut
qui tua passione sunt redempti tua resur
rectione letentur Qui cum Alia Collecta Reminis
cere miseracionum tuarum domine et famulos tuos
eterna protectione sanctifica pro quibus Ihesus xps
filius tuus per cruorem suum nobis instituit
pascale mysterium Per eundem Alia Collecta
Repelle domine conscriptum peccati lege cyrogra
phum quod in nobis pascali misterio per resurre
ctionem filii tui euacuasti Per eundem.
Ad Completorium dicitur Converte nos deus
salutaris noster et Deus in adiutorium Finitus
psalmus sequitur Alleluia psalmus Nunc dimittis Euan
antiphona Alleluia resurrexit dominus alleluia sicut dixit
vobis alleluia alleluia Statim oratio sine Pater noster
et sine Credo Collecta per totam ebdomadam Da
nobis quesumus domine ut pascalia gaudia que letanter
exequimur perpetua virtute nos tueantur et sal
vent Per De beata virgine antiphona Regina
celi letare alleluia Quia quem meruisti portare alleluia